Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



108 30

vocabit eum ipse aut dns deus q congregat dispersos israhel.
Adhuc congregabo ad eum congregatos eius. Omnes bestie agri
venite ad devorandum universe bestie silvae. Speculatores omnes
eius omnes nescierunt. Universi canes muti non valentes latrare
videntes vana dormientes et amantes somnia. et canes impu
dentissimi nescierunt satiritatem. ipsi pastores ignorauerunt intelli
gentiam. omnes in viam suam declinauerunt unusquisque ad auaritiam
suam a summo usque ad nouissimum. Venite sumamus vinum et
inebriemur ebrietate et erit sicut hodie sic et cras et multo amplius

LVII

Iustus perit et nemo est qui recogitet
in corde suo et viri misericordie colliguntur. qui non est qui intelligat
a facie enim malitie collectus est iustus. veniat pax requiescat
in cubili suo qui ambulauit in directione sua. Vos autem accedite huc
filii auguratricis semen adulterii et fornicatoris super quem lusistis
quem dilatastis et eiecistis linguam. Nunquid non vos filii scelesti
semen mendax qui consolamini in diis subter omne lignum fron
dosum immolantes parvulos in torrentibus subter imminentes
petras. In partibus torrentis pars tua hec est sors tua et ipsis
effudisti libamen obtulisti sacrificium. numquid super his non indignor.
Super montem excelsum et sublime posuisti cubile tuum et illuc
ascendisti ut immolares hostiam. et post hostium et retro postem
posuisti memoriale tuum. quia iuxta me discooperuisti et suscepisti
adulterum. dilatasti cubile tuum et pepigisti ei ex. Dilexisti
stratum eorum manu aperta. et ornasti te regio vngentorum et multi
plicasti pigmenta tua. misisti legatos tuos procul. et humiliata
es usque ad inferos. In multitudine viae tuae laborasti non
dixisti quiescam. Vitam manus tuae inuenisti propterea non languisti
propterea timuisti et mentita es et mei non es recordata. nec
cogitasti in corde tuo. ego tacens et tacens et qui non videns
et mei oblita es. Ego annuntiabo iustitiam tuam et opera tua non
proderunt tibi. Cum clamaueris liberet te congregatio tua et omnes
eos auferet ventus. tollet aura. Qui autem fiducia habet in me
hereditabit terram et possidebit montem sanctum meum. Et dicam